

Johannes Renn¹⁾ an Bernhard von Waging. NvK habe sich sehr lobend über Bernhard geäußert. Als Bernhard kürzlich in Brixen gewesen sei, habe er NvK etwas sehr wichtiges versprochen. Dies solle er nun einlösen.

Kopie (gleichzeitig): MÜNCHEN, StB, Clm 19697 f. 66^v-67^r.

Humili premissa recommendacione. Nudius tertius e limitibus Brixine Alpium pedibus exlatis. Rev^{mus} in (Christo) pater dominus ac dominus Nicolaus tituli s. Petri ad vincula presbiter cardinalis, ecclesie Brixinensis episcopus, dominus noster graciousissimus, vestre persone prehonorande ac devote non modicam memoriam habuit, ymmo e precordiis pectoralibus iam sagina spirituali scaturizante
 5 commendatissime laudum prestigiis prenarratis devocionem vestram preostentabat quidem premeritorie. Inter tamen cetera ibidem collacionata vestre p. reverende necnon devote colloquentem me desideratissime gliscebat, sperante iam sua paternitate rev^{ma} illibi me locorum itineraturum cum vero gubernatore totius soli viam precludente ibi certa propter incommoda michi instantia, quibus me periclitacione iam demerat, horum locorum nulla petierim affinia.²⁾ Indulgere peto insonti ac colloquia eadem horum
 10 scriptorum participatione habita liberalissime assumere, ut colloquiis iam propter localem distantiam non patentibus ea scripcionum serie mearum pie assumptor existatis. Pridem etenim vestra p. honoranda Brixine immorante³⁾ inter cetera collacionacionum (!) genera cum reverendissimo patre habitaram quorundam secretorum manifestatio vestre p. commissa habetur patefienda.⁴⁾ Ob cuius rei ingentiam stimulis meorum colloquiorum urgeri vestram p. reverendissimus in Christo pater, ut patefacere nunc
 15 curaretis. Quare vestra p. dignetur negligentie relegato otio suis reverendissimis iussionibus comparere. Datum Ratispone in precelse ac generosissime virginis Marie festo Anuntiatio intitulado anno 1455.

Johannes Renn lector mense domini nostri rev^{mi}

Rev^{do} ac devoto patri domino Bernardo priori in Tegernsee sibi preceptorum metuendo.

¹⁾ Er ist sonst aus den Cusanus betreffenden Zusammenhängen nicht bekannt, scheint aber doch dem Inhalt von Nr. 4275 zufolge eine gewisse Vertrautheit mit NvK erworben oder in einem Dienstverhältnis mit ihm gestanden zu haben. Aufgrund des Ausstellungsortes Regensburg wäre dabei eine Identität mit dem Johannes de Ratispona zu vermuten, der in der Generaltraktation als scriptor genannt wird. Er wurde kurz nach der Rückkehr des NvK von der Regensburger Reichsversammlung als Familiar eingestellt (s.o. Nr. 4017) und verließ seine Dienste zu einem bislang unbekanntem Zeitpunkt vor Mitte September 1455 (HA 27325 p. 54; Johannes de Ratispona scriptor habuit a me (Simon von Wehlen) iii Rh. et ii lb. in recessu eius).

²⁾ Renn erklärt hier, dass er auf der Reise von Brixen nach Regensburg nicht den Weg über Tegernsee genommen hat. Vgl. eine ähnliche Erklärung bei NvK in Nr. 4071 Z. 3f.

³⁾ Bernhard hielt sich von Mitte Februar bis Anfang März 1455 zur Visitation des Klosters Sonnenburg in Brixen auf; s.o. Nr. 4248. Nach eigener Aussage (s.u. Nr. 4303 Z. 12f.) war er allerdings erst am 16. März nach Tegernsee zurückgekehrt.

⁴⁾ Um welche Angelegenheit es ging, wird nicht gesagt. Da die Sache anscheinend von enormer Bedeutung war (vgl. Z. 13f.: cuius rei ingentiam), ist vor allem an die Geheimverhandlungen mit Hz. Albrecht III. von Bayern-München zu denken, mit denen NvK Bernhard von Waging betraut hatte. Da NvK nichts von Bernhard hörte, schrieb er am 9. April auch selbst; s.u. Nr. 4301.